



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCXXVIII. Der Römische König Albrecht widerruft die dem Markgrafen
Hermann von Brandenburg ertheilte Verleihung einer jährlichen Hebung
von 300 Mark Silber aus Lübeck, weil der Markgraf sich gegen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Fratres sacre domus hospitalis Jerosolimitani de Nemerow et Gardowe omnia bona villarum seu mansorum eorum, cum omni iure, proprietate et libertate, terris cultis et incultis, lignis, paludibus, aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscationibus, pratis et pascuis, cum suis pertinentiis, sub certis terminationibus, sicut jacent, ad nos absque precaria perduxerunt. Cum autem necessitas debitorum magna, ex parte Illustris Principis Marchionis Hermanni, in nobis incumberet, jam dicti Fratres in subsidium de bonis eorum quadraginta Marcas argenti nobis animo beniuolo donauerunt, quam donationem argenti nec modo in presenti, nec unquam in futuro, nos et nostri heredes seu successores reputare volumus pro jure, sed pro gratie et beneficii impensione. Preterea nos dictorum Fratrum considerantes vitam celibem, bonorum operum frequentiam, Ordinis sanctitatem, sperantes in anima et corpore apud Deum ipsorum devotis precibus adjuvari, ad laudem Dei omnipotentis et beate Marie, pro salute anime nostre et vxoris nostre ac progenitorum et successorum nostrorum, damus eisdem fratribus nunc presentibus ac futuris, bona in Majori nemerowe et in Slaucali Nemerow, nec non in Gardowe, et cetera bona in Dominio nostro sita, ad jam dictas duas domus pertinentia, sicut ea ad nos perduxerunt, per nos et nostros heredes, seu successores, a precaria libera et exempta. Ut autem omnia predicta a nobis et nostris successoribus perpetua maneant et inconuulsa, dedimus sepe dictis Fratribus Hospitalis Jerosolimitani de Nemerowe et Gardowe et omnibus eorum subditis presentem paginam, nostri sigilli munimine firmiter roboratam. Testes sunt Milites nostri Buffo de Dolla, Willekinus Soneke, Erhard de Dewiz, Henricus Soneke, Krowel Aduocatus, Vikko Mund, Henninghus de Plawe, Rodolphus de Dolla, Rodolphus de Wodenswege, et famuli Vikko et Wedeko de Plote, Henricus de Heydenbrake, Hermannus de Rehberge et quam plures alii fide digni. Datum Lychen, Anno Domini M. CCC. quarto, Non. Aprilis III.

Nach dem Originale des K. Geh. Kabinet-Archives, Joh.-Ord. IX, 7. — Einen sehr fehlerhaften Abdruck dieser Urkunde hat Buchholz a. a. S. IV, S. 149 mitgetheilt.

CCCXXVIII. Der Römische König Albrecht widerruft die dem Markgrafen Hermann von Brandenburg ertheilte Verleihung einer jährlichen Hebung von 300 Markt Silber aus Lübeck, weil der Markgraf sich gegen ihn empört und mit dem Könige von Böhmen verbunden habe, am 1. Juli 1304.

Albertus, dei gratia Romanorum Rex, semper augustus, prudentibus viris Scabinis, Consulibus et uniuersis ciuibus in Lübeck, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Quamuis anno preterito illustri Hermanno, Marchioni Brandenburgensi, genero nostro, ex dono concesserimus et beniuolentia speciali, quod apud vos CCC. marcas argenti annis singulis percipere posset et debeat, transmissis vobis nostris patentibus literis super eo; Idem tamen Marchio, tam grate benificentie immemor et ingratus, Regi Bohemie, nostrorum et imperii principatuum inuafori publico et illicito, fauore et auxilio se adstrinxit,

nulla ratione preuia contra nos inique rebellionis cornua erigendo, in ipsius infortunium, salutis sue ac fidei detrimentum et in nostrum ac imperii nocumentum. Cum igitur inuitis gratia non prestetur et in contemptores gratie et rebellionis amicos promptum accedere debeat debite iudicium ultionis, premissam gratiam sibi factam presentibus reuocamus, inhibentes vobis firmiter, nostre gratie sub obtentu, ac precise volentes, ne predicto Marchioni de huiusmodi pecunia nobis soluenda respondeatis omnino vel eam aliquantulum presentetis; sed ad istam vicem illustri Agneti, Ducisse Saxonie, sorori nostre karissime, dictas CCC. marcas nostro nomine integraliter persoluatis. Nos enim, qui errorem et rebellionem ipsius cum patientia dissimulauimus usque modo, ipsum ad conuersionem et penitentiam expectantes, contra eum amodo nostre potentie brachium taliter extendemus, ut cum gratiam et fauorem contempserit, dignam nostram ultionem sentiat et vindictam. Datum in Frankenfurd, Kal. Julii, anno domini M^o. CCC^o. quarto, regni vero nostri anno sexto. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa.

Aus einem Transsumpte der Minoritenbrüder zu Albeck im Abdrucke bei Gercken, Dipl. vet. March. II, 573.

CCCXXIX. Dietrich der Jüngere, Landgraf in Thüringen, Markgraf in der Lausitz und im Osterlande, bekennet, daß er Luckau, Land und Leute, und was dazu gehörig, von der Spree bis zur Schwarzen Elster, den Markgrafen von Brandenburg, Otto und Hermann, verkauft habe und die eingeseßenen Vasallen an sie verweisen wolle, am 8. Juli 1304.

Wj dierich, van gods gnadin der iungere Lantgraue zu duringen, marggrau in Lufiz und in Osterland, tun kunt allin den, di disin brief horen oder sehin, Daz wir Luckowe lant und lute und daz dazu gehöret van der Sprewe biz an die swartzen elstere unsem neuen, marggrauen Otten, und unsen vettern, Marggrauen Herman van brandenburg, vorchauft haben rechte und redliche: und wifen an sie alle vnse man, di da inne sin, in disin gegenwertigin brife. Daz selbe sullin wi tün mit dem munde, wenne si vns des manen. Des haben wir zu einem Vrchund disin brief mit unferm Insigel vorfigelt zu Wiziavels, nach gods geburt M. CCC. in dem vierden Jare, an sand kylianus tage.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Cabinets-Archives I. C. 4 in quarto Bl. 34. — Gercken's Cod. I, 188.

CCCXXX. Herzog Otto von Braunschweig-Lüneburg sichert den Böhmischen Kaufleuten, auf Antrag des Markgrafen Hermann von Brandenburg, sicheres Geleit durch seine Lande und die Vorrechte der Märkischen Unterthanen zu, am 24. August 1304.

Dei gracia nos Ottho, Dux de Brunswic et de Luneborch, Omnibus, quibus prefens scriptum fuerit exhibitum, volumus esse notum, Quod ad instanciam Karissimi Avun-